Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Judicia

mortalis. Sed in actu ducitur per iudicium secundum Ps. Quod
usque iusticia convertatur in iudicium. Sunt igitur tot
iudicia dei quot iusticie. Primo igitur est iudicium discretionis
electorum a reprobis cum causa et ratio relinquenda est divine sapientie
Ro. xi. O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei quam incom-
prehensibilia sunt iudicia eius. Item sunt iudicia electionis
et reprobationis per que electi sunt propositum vocantur. Rom. viii.
Qui secundum propositum vocati sunt sancti. Et reprobi dimittuntur.
Ps. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Quorum causa et ratio re-
linquenda est divine complacentie. Ro. ix. Non volentis
nec currentis est sed solius dei miserentis. Item sunt iudicia
exhibitionis retributionis quorum causa et ratio relinquenda est
divine equitati et iusticie. Io. v. Qui bona fecerunt in resurrectionem
vite. Qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. Et nota quod iste versus
non intelligitur ad precedentem tali consequentia continuatur. Quia
quod deus diligit et amat laudare non cessat. Et
quia sicut dixerat legem autem tuam dilexi. Recte subdit. Septies
in die. Quasi dicat. Quia dilexi ideo septies id est perfecte
vel tota die vel omni tempore laudavi. Sicut supra litera xiii. v.
i. Quomodo dilexi legem tuam domine tota die meditatio mea est
id est perfecte et sic. Item de hoc distinctis itaque omnibus
predictis nunc reddendo singula singulis potest non incurrere
dici quod sunt penitentes vel conversus salvatur vel sanctus
quilibet et perfectus vel mater per matrimonium consummatur potest cum
admiratione et exultatione et gratiarum actione laudes
deo dicere. Primo quidem penitentes et conversus salvatur

penitentes quilibet

septies. Propter septenarium numerum sacramentorum quibus perfecte
ad deum per conversionem est reversus et conversus in die
illuminationis vere fidei et scientie et conscientie laudem dicit gratiarum
actionis super iudiciis sue discretionis a communi mas-
sa perditionis. Que iudicia innituntur iusticie divine
sapientie omnia rectissime providentis. Item perficiens similiter
propter septenarium virtutum et donorum quibus perfecte post sublima-
tata vicia et peccata ad virtutem supremam est perductus
in die coruscantis virtutis et gratie laudem dicit magni-
ficationis super iudiciis sue electionis et confirmationis

que innituntur iusticie divine nunc rectissime per sue volun-
tatis beneplacito miserentis. Item perfectus et consumma-
tus et confessione vel martirio eodem modo septies propter septenarium
beatitudinum vel septem gradum contemplationum in quibus
prius beatitudo consistit et perficitur in die divine conso-
lationis et spiritualis leticie dicit laudem admirationis
que propinqua est gaudio patrie propter novitatem quam nec scire
potuit nec sperare super iudiciis tam exuberantis retri-
butionis que innituntur iusticie equitatis divine. Que bonorum
premia non ipsorum meritis adequat sed largitati
divine sue gratie. Ps. Non nobis domine non nobis sed nomini tuo
da glo. super nunc tuo et verita tuo. Et spiritualiter tamen quod ad
martires de quibus augustinus totum istum octonarium exponit
hic dici potest quod in die sue consolationis in tormentis
et leticie de victoria et corona dixerunt laudem admira-
tionis super insolite ad sue confortationis experientia
que certissimum est quod tot acerbitates et tantas atrita-
tes penarum tanto tempore et cum tanta tolerantia nulla
virtus humana sustinere potuit sed adhuc sola divina
virtus confortabat non adhuc ut patientibus agerentur
tormenta sed credentibus incitamenta et incredulis
miracula. Ps. Vilis agite et confortetur. Unde super illud sic
qui invenit spolia multa. Dicit augustinus quod dyabolus detracta
sunt multa per martires quam sepe ipsi persecutores vel astantes
ad miram patientiam et sufficientiam martirii christi tradiderunt
sicut romanus et ypolitus per laurentium. Item in eadem die
sue confortationis et consolationis et leticie spiritalis
dixerunt laudem magnificationis deo super gloriosa sua
pugna et victoria. Unde dicitur i. Cor. v. Nos qui dici
sumus sobrii sumus induti loricam fidei et caritatis
et galeam spem salutis. Glo. Qui dici sumus
sub filii lucis et filii dici sobrii sumus. Sed recte utentes
corporalibus et ad pugnam contra hostes parati. Quia sicut
lorica munit vitalia pectoris et interiora sic fi-
des et caritas munit vitam gratie per contemptum terrenorum
et spes que est galea defendit nobis capitis. Christum eri